

ritus praeerat, Scholis successerunt Synagogae. An illae ante captivitate[m] vix in animum inducimur, Regionem universam tanto temporis spatio absque Synagogis fuisse. Tanquam Synagoga profecto haberi poterat domus Elisei, quod Sunamitis & Religiosi viri singulis Neomeniis & Sabbatis conveniebant (1). Ex Psalmo 73. 8. ad Cantores sub Asaph directo, & induc[t]a jam captivitate scripto, intelligimus omnes regionis Synagogas in cinerem favillaeque à Nabuchodonosore redactas. Judith in somnem noctem transegit in Aula, ubi coetus cogebantur: *In Ecclesia* [1]. Eadem loca Suis sub Esther & Mardocheo spectabantur (u). Judaei captivi Ezechielem auscultaturi interdum conveniebant (x); & S. Jacobus Act. 15. 21. *Moses*, ait, à temporibus antiquis habet in singulis Civitatibus, qui eum predicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur. His documentis Synagogarum vetustas in Israele asseritur.

Si forte alibi in Vulgata & apud Septuaginta nomen *Synagoga* occurrat, id positum esse constat designando loco, in quo populi coetus habebantur. Post solutam captivitatem Synagogarum usus increbuit, quae loca habebantur orationis & coetuum Religionis, ad Legis & cultus Domini controversias determinandas. Legebantur ibi Sacra Scripturae, non sine interpretationibus, conciones habebantur, & catecheses ad populum. Tradunt Hebraei, Synagogarum numerum labente Reipublica tempore crevisse adeo, ut sola urbs Metropolis ad 394. juxta aliquos, sive, ut alii malunt, ad 460. numeraret. Cujuscumque generis artifices suam habebant peculiarem; nec infrequentes erant Synagogae advenis destinate (y). De Synagogis Jerusalem lege Act. 24. 12. de aliis vero, ibidem impensis Alexandrinorum fabricatis, meminit Talmud; Synagoga Libertinorum celebratur Act. 6. 9. Praerat singulis Synagogis certi Judices, Patriarchae, Praesides, Principes; aderant certi Apostoli, ac ministrorum alii, quos Angelos sive Missos appellabant. De *Archisynagogo*, Principe nempe Synagogae, sermo est Matth. 5. 22. 35. 36. Luc. 13. 14.

Creditur Apostolus 1. Cor. 11. 10. Angelos hosce Synagogae praeculis habuisse, cum foeminas velatas esse jubet propter *Angelos*. Judices Synagogae animadvertant in eos, qui aperto aliquo crimine Legem Dei violassent, sive doctrinam sanam pravis quibusdam documentis corripissent. Illorum sententia lapidibus confectus est S. Stephanus (z), virgis caesus S. Paulus [\*]. Diutius disceptatum est nostrae aetate de quibusdam Ministris quos appellabant *Aves Synagogae* [\*]; sed haec à nostro argumento aliena praeterimus. Autumant Eruditorum nonnulli Synagogas ipsas Scholarum usui servasse; quamquam interdum junctae etiam habebantur Scholae Synagogis (†).

Docendi methodus & disciplina in Synagoga potissimum servata ex Evangelio & Actis repetitur. Cum Jesus Christus

in Synagogam Nazareth patriae suae pro suo more venisset (b), & ad legendum accessisset, oblatum Isaiae Prophetae Librum evoluit, aperuitque; post lectam Prophetae sententiam, iterum convoluto Libro, aliquid locutus assedit. S. Paulus in Synagogam Antiochia Pisidia veniens (c), absolutam lectionem Legis & Prophetarum, invitatus fuit una cum Barnaba à Principibus Synagogae, ut si quid haberet ad populi edificationem, loqueretur. Officiosa invitationi Apostolus obsequendum ratus, assurgens, porrectaque manu silentio indicto, Jesum Christum annunciandum suscepit. Solebant etiam in Synagogis disputationes institui, magna animorum contentione, quod contigisse saepe S. Paulo aliisque Apostolis, veritatem contra veterem populi persuasionem annunciandis, exploratum habemus.

Docent Hebraei (d), moribus ceptum fuisse ab ipsa Gamalielis aetate, ut stantes Legem auscultarent; id est, ait Grotius in Acta 22. 3. dum Textus legeretur, omnes, quemadmodum nos ad Evangelium, stantes auscultarent; vicissim assidentibus omnibus, cum Textui interpretatio succedebat. Veniens in Synagogam Nazareth Jesus Christus, Textum quidem stando legit, dein convoluto Libro & ministro restituto, assedit (e). S. Paulus Act. 22. 3. de se tradit, Legi studuisse ante pedes Gamalielis Doctoris; & Philone referente scimus, in coetibus Esseniorem adolescentem assidisse ante pedes Praeceptoris Legem interpretantis, & sensus allegoricos & figuratos inftar veterum Philosophorum evolventis (f). Ambrosiaster in 1. Cor. 14. geminas discipulorum classes in Scholis Hebraeorum distinguit: *Hac traditio Synagoga est, ut sedentes dispuent, Seniores dignitate in cathedris, sequentes in subselliis, novissimi in pavimento super nartas.* Hactenus de veteri disciplina Scholarum, & facile etiam Synagogarum.

Primum in subselliis locum tenebat Princeps Synagogae sive Academiae, facta circum auditorum coronam, quod singuli docentem commodius auscultarent. Nec, Discipulis in pavimento sedentibus, Doctor in cathedra sedebat, inquit Talmud Thora cap. 4. §. 3. simul enim omnes, sive cathedris, sive pavimento assidebant. Receptum tamen pristinis moribus fuerat, ut assidentem Doctorem stantes auditores auscultarent, addunt iidem Thalmudistae. Alter obtinuit usus etiam ante eversum per Romanos Templum, Doctore æque & auditoribus eundem, quem supra diximus, assidendi morem servantibus. Docebat autem Doctor sive per se sive per Interpretem (g); cum per Interpretem, Hebraice loquebatur, dicitis ejus ab Interprete vernaculo auditoribus sermone expositis; ac vicissim si quid sciscitarentur auditores à Doctore, Interpreter Rabbino exponebat, à quo deinde commissa responsa ferebantur.

Audis in immensum Discipulis, & Doctoribus, in varias demum sententias abreceptum est; quae deinde opinionum discrepantia Academiis sive peculiare scholas

b Luc. 4. 16. &c.

c Act. 13. 14. &c.

d Talmud. vi. Megillab.

e Luc. 4. 16. 20.

f Philo lib. quod omnis probus liber.

g Ibid. cap. 4. §. 5.

h Jo. 7. 15.

vexit. Mirabantur Judaei, qui potuissent Christus, nullo Doctore audito, tantum eloquio tantaque exponendi Scripturas facilitate pollere (h). S. Paulus à Tharso patriam suam Jerusalem, urbem tum temporis sapientissimorum Doctorum Scribarumque famae celeberrimae, studiorum causam missus est.

Author est S. Hieronymus in Isaiam c. 8. l. 3. paucis ante natum Christum annis duos celeberrimos Rabbios *Sammai & Hillel* florentissimas æque ac celeberrimas Scholas instituisse, à quibus Sectae Scribarum & Pharisaeorum inter Judaeos origines duxerunt. Illos excepit *Akiba*, quem, inquit, Aquila Profelytus audivit; tertius ordine successit Meir, quartus Johanan filius Zachari, quintus Eliezer, dein ordine Delphon, Joseph Galilaus, ac tandem Josue, qui ad captivitatem usque Babylonicam Scholarum moderatus est. Hanc successorem Doctorum suorum digerebant Judaei, S. Hieronymi aetate. *Deuterofos*, vel *Misnam* accepto referebant *Samai, & Hilleli*. Sed nostrae aetatis Judaei alia sedet traditio. Quae verò narrat S. Hieronymus de origine Pharisaeorum, haec minus exacte ad veritatem dicta; namque multo vetustiores fuisse Pharisaeos, ipsis saltem Macchabaeis pares, in Dissertatione de Sectis Judaeorum adductis argumentis demonstrabimus.

i Vide Morin. Exercit. Bibl. l. 2. exercit. 2. c. 3. n. 2. &c. \* Benjamin Tudelens. iter.

k Vide Basnage hist. Jud. l. 7. c. 7.

hoc in dubium à doctissimis Viris revocatur; quorum argumenta rem extra controversiam adeo posuisse videntur, ut vocabula puncta recentius esse inventum nec diffiteri cogamur.

Quod ad *Misnam* attinet, hanc Patres sub nomine *Deuterofos*, sive secundae Legis noverunt. Eusebius in l. 1. c. 22. vitio veritatis Judaeis, quod vanis Deuterofis suae expositionibus genuinum Scripturae sensum corrumpant. Quatuor ejusdem Deuterofis genera à Judaeis laudari S. Epiphanius haeresi 33. num. 9. est author; nimirum quae Moyse nomine inscribitur; altera, quae Akibe; tertia, quae Adae, sive Judae; ac tandem postrema, quae liberis Assamonaorum, sive Macchabeorum tribuitur. Quae hodie extat Misna, an eadem sit cum illis, sive omnes contineat, non facile definimus; assensu tamen omnium Ecclesiae Patrum certum tenemus, fabellis totum confectum, esse opus, & nullam in Ecclesia auctoritatem unquam obtinuisse. Nec latuerunt S. Hieronymum scripta illa, à quo saepius quidem, sed nunquam sine contemptu producuntur. Illam enim tanquam perpetuam fabellarum aniliam, & salacitatum fabulam fuggillat, additque potissimos tam belli operis Autores laudari ab Hebraeis *Bar-Akibam, Simeonem, & Hellem* (l). Porro *Bar-Akiba* avus erat sive pater Cl. Akibe; *Simeon* facile confundendus cum *Sammai, & Helles* cum *Hillel* clari nominis Rabbini.

Judas sanctus post productam aliquo tempore in Academia Tiberiade moram, Sephorim recepit sese, Urbem Josephi aetate munitissimam, & Metropolim totius Galilae habitam (m). Sita erat ad Septentrionem Tiberiade, & ad Occidentem maris Genezae. Clarissimi Doctoris famam, frequentissimos Discipulos ed acciverat, ibidemque post 17. annorum moram diem clausit. Hactenus de praecipuis universae Palaestinae scholis.

Dum verò negotium haec omnia conciliandi cum genuina Judaeorum historia suscipitur, saliva non raro conantibus haeret. Scimus enim, referente Josepho, Urbes omnes Galilae, ac potissimum Japham, Sephorim, & Tiberiadem, Romanorum armis everfas jacuisse non in prima tantum regionis desolatione sub Vespasiano, & Tito, sed & in altera tunc sub Adriano, ut Judaeis ne venire quidem in regionem impune usque ad quartum saeculi seculum integrum fuisset (n). S. Hieronymus pres. in Os. 1. ejusdem saeculi scriptor, rarus fuisse inter Judaeos Doctores animadvertit. *Discretem quid ab Hebraeorum Magistris vix uno, & altero acceperim; quorum & apud ipsos jam rara avis est, dum omnes delictis student, & pecuniis.* Insuper quod traditionem suam fulciant Judaei, Doctorum suorum vitam longius adeo prorogant, ut eo maxime documento demonstrent, nihil historiae fide certum tenere, sed omnium fabellis, vel saltem anachronismis misceri. Videtis Exercitationes P. Morini l. 2. exercit. 2. cap. 1. & 3. Academiae Palaestinae, ne Judaeis quidem refragantibus,

l Hier. epist. ad Algas. 9. 10. & in Is. cap. 8. & Eccles. 7.

m De bello l. 3. c. 3. & l. 2. cap. 37. Antiq. l. 17. c. 12. & 18. cap. 3.

n Euseb. in Is.

medium tertii Ecclesiae saeculi non exce-

ferunt. Post absolutum Talmudis Jerosolymita- ni Opus, toto spatio 137. vel saltem 150. annorum nullum peculiare historiae monu- mentum Hebraeis superest (0); & post obi- tum Doctorum Palaestinae, de quibus supra, circa medium tertii saeculi, altum adeo de illa regione silentium, quasi nullos un- quam Judaeos incolas habuerit; quod ani- madvertisse opera pretium fuit, ut incon- stantia in traditione scholarum Judaicarum intelligatur. His igitur Academiis Palaesti- nis defuturi Judaei novas quaerunt in Tran- seuphataea in urbibus Sora, Pundebita, Na- hardea, Machuza, Perutz, Schibbur, qua- rum pleraque in Babylonia, & ad Euphra- tem sita; quo tamen potissimum loco, vi- ros etiam doctissimos latet, ut post seriam rei discussionem nil se certi tradere potuis- se affirmarint Bochartus, Vantilius, & post ipsos Cellarius (p); sed per nos habeant licet Judaei istas Babyloniae Academias, quarum epocham constituunt circa annum Christi 220. Authores vero illarum laudant RR. Rab. & Samuelem, Discipulos Judaei sandi; occupasse autem perhibent 800. an- norum intervallum usque ad ann. Christi 1030. cum scilicet Saracenis totam Baby- loniam, & Persidem jure armorum subji- cientibus concedere scientiae omnes coactae sunt.

o Morin. 1.2. Exercit. Bibl. Exercit. 1. c. 1. n. 1. 8. & 10. & Basnag. hist. Jud. 1.9. c. 3. n. 3. &c.

p Geograph. antiq. 1. 3. cap. 36.

Ex Scholarum trans Euphratem ruderibus formatae sunt Academiae Aegypti, & Europae, Hispaniarum potissimum, quod Judaei refugientes se contulerunt. Clarissimi quique Rabbidorum, quorum hodie scripta supersunt, post aetatem illam floruerunt, uti R. Nathan Princeps Academiae Romanae, saeculo duodecimo inunte, qui post expositas omnes Talmudis voces, obiit Romae an. 1106. Abenezra defunctus Rhodi a. 1174. Astronomiam, Medicinam, & Grammaticam callebat, qui praeter ceteris optime literalem Scripturae sensum assequutus est. Eodem saeculo floruit Moyses Maimon, sive Maimonides, natus Cordubae a. 1131. sive 1133. de Patre, ut ipse quidem Pater iactabat, Davidici generis; audivit Averroem, cujus viri longe late- que fama per Hispanias ferebatur; in Aegy- ptum deinde sese recipiens, reliquum vite spatium ibidem confecit, ut non injuria appellatus esset Moyses Aegyptius. Scien- tia, & peritia artis medicae plurimum cla- ruit, quamquam meritam illam scientiae laudem plurimum vitaverit suspicione cul- tae saltem secretae Mahomethanae Religio- nis. Nihil sane incommodum ex pluribus ejus sententis Idololatriae acciderat (q).

q Vide Bas- nag. hist. Jud. 2. 7. l. 10. cap. 9. num. 7. &c.

Novam Alexandriae Academiam fundavit, tanti Doctoris famam florentissimam; calle- bat, uti quidem ferunt, non Hebraicam tantum, sed & Graecam, & Arabicam lin- guam. Obiit circa an. Chr. 1205. sive 1208. R. Salomon filius Isaac, cognomento Raschi, quod ex compendio literarum proprii & paterni nominis complexu for- matum est; dictus etiam Jarchi, quod sci- licet, inquit, oriundus esset Lunello in Provincia; quamquam alii virum accersunt

Troja Urbe Campaniae. Floruit eodem saeculo duodecimo, coaevus proinde Maimoni- di, & Kimchi alteri clari nominis Rabbi- no, de quo infra. Porro Raschi varia Ita- liae, Graeciae, & Palaestinae loca lustravit; tandem in Aegyptum se conferens, Cl. Moy- sem filium Maimonidis inivit. In Scriptura- ram, variosque Talmudis Tractatus labo- ravit; diem clausit Treviris annis natus 75. A. M. 1180. cujus deinde corpus Pra- gam translatum est. Linguarum cognitio- ne excultus, peritissimus insuper in medi- cina, & Astronomia habebatur. Aliquo temporis spatio Synagogam Montis Pessula- ni moderatus est; discipulos habuit RR. Davidem, & Jonam, qui doctrinam Mai- monidis infectati sunt. Namque & scripta hujus Doctoris flammis tradiderunt, & ana- themati devotos pronunciarunt, quicum- que eorum lectione delegerentur. Partes Maimonidis strenue defenderunt RR. Nar- bonenses sub signis Cl. Kimchi, una cum plerisque Rabbini Hispanis pugnantes. Literalis illa concertatio, toto spatio an- norum 40. duravit; tandem Maimonidi vic- toria adjudicata.

David Kimchi, cujus jam meminimus, patrem habuit Josephum Kimchi Hispanum, iniquissimum Christianorum adverterium. Natus est Narbone, urbe ea aetate Hispa- nis Regibus subdita, ut simul unus, idem- que Kimchi & ad Gallos spectaret, & ad Hispanos. Plurimos in Scripturam Com- mentarios elucubravit, quorum summa- laus in sensu literali. Vir iste doctissi- mus longe literaturae famam superavit & Patrem Josephum, & fratrem Moysem, quanquam ambo operibus quibusdam scri- ptis claruerunt. Ad ejus nomen Judaei fe- sive alludentes, sonat enim molendina- rium, sive farina plenum, provero quod- dam vulgaverant, nihil esse farinae sine mo- lendinario, id est scientiae legis sine Kim- chi. Laudatur elogio Principis Gramma- ticorum, & Interpretum; floruit autem ab an. 1200. usque ad 1250. circiter.

Non defuerunt tandem eo saeculo apud Judaeos Viri in singulis facultatibus do- ctissimi; in Grammatica enim excellit Kimchi; Poetis laude celebrabantur Judas Alcharizi, Hallevi, Joseph Haddajan, Cordubensis; inter Astronomos, Abrahami Chisa, Abrami Masi, & Abenezrae claris- simum erat nomen. Apud Gallos Isaacus senior eo maxime titulo insignis, quod 60. discipulos ita in studio Gemarae formave- rit, ut parati essent de singulis propositis argumentis in utramque partem disputare. Nec minori nominis celebritate claruit pro- xime succedenti saeculo ex ejus discipulis Judas Parisiensis. Insignes etiam Cabalistsae apud illos claruerunt; namque praeter in- signem R. Salomonem Jarchi, habuit Gallia R. Gersonem, quem alii natum Moguntiae ferunt; certior tamen sententia in Gallia prodiisse tradit. Opus vulgavit in Gallia de Constitutionibus, quod Judaeis appella- tur Lumen captivitatis Gallice. Ador- nata ab illo Legum Collectio non nisi post medium saeculi 13. recepta est, cum ipse saeculo 11. floreret; obiit enim sive juxta

non.

nonnullos, A. 1028. sive juxta alios 40. an- nis ferius.

Inter ejus Discipulos eminebat Jacob Fi- lius Jekar, insignis Musicus, nec minus cele- bris in definiendo, quid in singulis rerum eventibus Hebraeis praestandum esset. Judas Alabarcellonita, sive Doctor Barchinone sub R. Gersonis profecit una cum Moyse Hadariscian, sive Concionatore. Natus est Narbone, quod vel invexit, vel restituit ad id usque neglectum conciones in Syna- gogis habendi morem. Porro studia in Gal- lia & Hispanias vices Judaeorum in illis re- gionibus secuta sunt; quietis enim illis literae floruerunt, rebus Judaeorum turbatis jacuerunt.

Serius in Germaniam recepti sunt Judaei, vel saltem Academiarum in ea regione epocha recentior est, quam in Gallia, & Hispania; vicissim tamen diutius sublite- runt, minoribusque vicibus turbatae sunt, & jam inde a saeculo 13. celebres in ea regione RR. floruerunt. Una urbs Germes- heim geminos produxit, Baruchum & Elie- zer de Germesheim sive de Germesimam: qui postremus vir sub Moyse filio Nachman in Cabala instructus, diem clausit A. 1260. annorum 70. aetate senex. Isaac Viennensis Lucubrationibus quibusdam in Scripturam claruit. Potissimum tamen occupabatur in describendis Libris ad usum Synagogarum regionis suae, quod correctiores redderentur. Vixisse perhibetur circa A. 1242. & in- ter Discipulos habuit Meirum Rottembur- gensem, qui praecipue suo longe sapientior, Judex tandem & Doctor regionis suae renunciatus est. Adolphus Nassoviensis Im- perator, seu potius Albertus Austriacus Filius Rodulphi, virum in carcerem con- jecit an. 1299. Praestiterat R. Hasser Ham- burgensis pro Praeceptore suo cautionem; sed cum certam pecuniam summam a se antea solvendam nunquam comparare po- tuisset, Meir in carcere vitam absolvit A. 1305. & Hasser recipere se in Hispanias roctus est. Circa ea tempora A. 1242. in Diocesi Moguntina distinguebatur R. Am- non, quem Judaei Martyrem venerantur, omnibus enim pedum manuumque digitis amputatis Archiepiscopi Moguntini iussu, post saevum supplicium toleratum in Cel- lum coram universa Synagoga raptum fuisset perhibent.

Saeculis 16. & 17. nonnullos ex RR. do- ctina celebres Italia spectavit; quos enim Daniel Bambergius Typographus Venetus immensos erogabat sumptus in impressione Bibliorum Hebraicorum, tum & Rabbini- corum Operum, iis undique Hebraeos acci- vit. Narrant plerumque 100. ex illis ejus- dem Typographi impensis adductos, ut spe- cimina edendi Operis corrigerent, & no- vas insuper Lucubrationes in usum Ju- daeorum ederent. R. David Ganz, Au- thor Libri inscripti Germen David impres- si ejus cura A. 1587. eodem tempore in Italia florebat. R. Zimcha, alio nomine Simeon Luzari, vulgavit Venetiis Socratem suam A. 1638. Venetiis etiam sedem ha- bebant Samuel Nachmias, Thessalonica licet oriundus. Soncinum, Urbs licet ignobilis, Dissert. Calmet. Tom. I.

plurimum tamen celebratur editioe ope- rum Rabbincorum, curantibus Judaeis de Spira digressis A. 1490. Erat Judaeis Syna- goga Foro Corneliae constituta, quam Ur- bem patriam habuit Gedila vir clarissimus de Lusitania oriundus, natus est autem A. 1500. de patre Academiae & Synagoga Nea- politanae Principe, tempore quo Carolus V. Judaeos omnes ex ea Urbe expulit A. 1539. Synagoga Mutinensi praerat R. Samuel, qui A. 1550. Judicium Salomonis vulgavit, quo in Opere jus canonicum Judaeorum uni- versum complexus est. Academia Patavi- nae A. 1558. praerat R. Meir, eandemque insigniter commendavit doctrinae fama ce- lebres circa ea tempora Joseph Patavinus, & Isaac Phea.

Synagoga & Academia Mantuana diutina eruditionis famam celebrantur. Leo Mantua- nus, & Kolon saeculo 15. illi praefuerunt; cum tamen in partes Hebraeos distrahe- rent, Ducis Mantuani iussu solum verte- re coacti sunt. Excepit illos Moyses Se- nior, vir eruditione insignis. Tandem ne in afferendis singulis Doctorum nominibus nimii videamur, illud generatim statu- endum est, non defuisse apud Judaeos Docto- res Europaeos, a saeculis 10. & 12. qui Eru- ditorum omnium assensu judicii ac doctrinae soliditate multo Orientales superarunt. Quamquam, ut vera fateamur, multo illi & doctrina & soliditate ingenii inferiores videntur, quam exposcat Scriptorum de rebus maxime Religionis agentium ratio.

Digestissimus constantem traditionem & successionem Scholarum & Academiarum apud Judaeos, ad nostram usque aetatem deducam. Dispersunt autem illi seriem Do- ctorum suorum in 9. classes (r). Primam tenent Moyses, Josue, Eleazar, ac Septua- ginta illi Seniores, quibus Dominus spi- ritum suum communicavit. Succedit altera de Senioribus constans, qui ex ipso Moyse, Josue, & Eleazaro Legem Domini audie- rant; istdemque adjunguntur Judices 12. ab Othoniele ad Heli. Tertiam habent Prophetae, per manus Patrum derivatam traditionem tenentes: horum series a Sa- muele ducta, & in Ezechielem desinens, Pro- phetas omnes complectitur a Samuele ad- que captivitate Babylonicam. Quartam constituunt magna Synagoga Patres, Ag- gaeus, Zacharias, Malachias, Zorobabel, Mardocheus, Eldras, Jesus filius Josedech, Saraias, alique plures 120. numero. Ho- rum aetatem plerique usque ad Alexan- dri magni tempora prorogant.

Quae proxime succedit classis, ad Sa- pientes Misnae, seu viros, quorum est in Misna sermo, spectat. Solent eos viros ap- pellare Tbanaim sive Traditionarios, quo- rum aetatem definiunt ab Alexandro Ma- gno usque ad Judam Sanctum, Principem Academiae Tiberiadis, qui Misnam diges- sit 120. annis circiter post everisionem Ur- bis per Romanos. Doctores loquaces, quos vocant Amoraim, nempe textus Misnae in- terpres, de quibus totum corpus Talmu- dis Jerosolymitani pariter & Babylonicum constat, ad sextam classem referuntur, to- tum illud temporis spatium occupantem ab D d d d obitu

r Vide Morin. Exercit. Bibl. 1. 2. Exercit. 2. c. 1.